



# Grammaticale bellum, nominis et verbi regum, de principilitate orationis inter se contendentium.

<https://hdl.handle.net/1874/422371>

2

# GRAM-

MATICA LE BELLVM,

NOMINIS ET VERBI RE-

gum, de principalitate orationis

inter se contendens

tium.

## HIERONYMI EONDV-

li Cremonensis Hexasticon.

Ad lectorem.

Nominis & Verbi lector stipe sumit ob bellum

Quo pax nulla quidem dulcior esse potest.

Bella recognoscet, quorum sine partibus hoc est

Eloquio, omnis homo cederet usq; feris

Hic locus Andree defluxit ab ore Saleoni

Fluxerunt lepidi cum grauitate sales.



Coloniae apud Ioannem Soterem. An-

no M. D. XXXIII.

Mense Nouembri.

PAVLO CAESIO IVR. V. CON-  
sulto, Andreas Guarna Salernit-  
anus. S. D.

**B**Ellum illud memorabile, quod inter Grā-  
matica reges, nō minoribus animis quānt-  
odij gestum est omnium periculōsum,  
cum superioribus diebus imprimentū cu-  
rarem Paule Cæsi, cui nam potissime id opus dicarē, cō-  
gitati diutius, unus mihi occurristi, quem tametsi pater  
nis inhārentem uestigij, arduae Iustinianae sanctiones,  
ac difficilia indeſeſſe exerceant legum decreta, ea hīhi  
lominus es ingenij dexteritate, ut post inquietas fori a-  
etiones, post importunas clientium querelas, domum re-  
uersus, et ati aliquantulum, atq; animo indulgens, iocos,  
sales, cæteraq; que pulsis occupationum tenebris, affe-  
ctam mētem exhilarare cōſueuere, seruata ſemper per-  
ſonæ grauitate admittere non uereare. Decorabunt alij  
nomē uirtutesq; tuas ſublimioribus grauioribusq; lucu-  
brationibus, ſed et tute parentem imitatus, teipſum ac  
familiam tuam marmoreis laudibus illustrabis: ipſe ex-  
tenui penu quod poſſum proferens, benevolentiam, que  
unico congreſſu (tantum plerunq; ualeat ad conciliandas  
amicitias morum consensus) inter nos exorta eſt nun-  
quam intermoritura, uel unico hoc prosequar munere  
deuotissimo. Vale, et me Tarquino Sanctæ Crucis Ro-  
manæ iuuentutis ſplendori, ac bonarum literarum culto  
ri commendatum redde.

Gram.

# GRAM

MATICALE BELLVM NO-  
MINIS ET VERBI REGVM, DE  
principalitate oratiōis inter se contendē  
tium, nuper editum à Reue. D. An-  
drea Salernitano Patricio  
Cremonensium.



RAMMATICAE PRO  
uinciam ceterarū omnium, quæ ubi-  
que terrarum fama celebres sunt, pul-  
cherrimā, felicissimāq; esse, nemo  
fermè uel mediocriter eruditus est,  
Q ambiget. Quippe cū amoenitate si-  
tus, salubritate coeli, frugum omnium copia, rebusq; ali-  
is, quibus mortalihac uita carere nō debet, nulli cedat,  
tum illustrium virorum nutrix semper exituit & alu-  
mna. Sicuti enim ētate hac, ita priscis etiam temporis  
bus inuiolabiliter obseruatum fuit, ut quicquid ubique  
gentium (barbaras & desides nationes semper excise-  
pio) gigneretur ingenij bone indolis, alicius ue spei,  
et sanctissimis imbwendum disciplinis mitteretur: ex  
hac siquidem ad sublimiores regiones, beatiores que ha-  
bitationes, Dialecticam scilicet, Philosophiam, Theo-  
logiam, ceteras que illis similes prouincias unicus ad-  
tus patet, & nisi eam peragrauerit, in illarum sacra-  
ria minime quis ualeat penetrare. Que quidem licet  
tanta polleat amoenitate, & rerum copia, est nibilomis  
nus altissimis circundata montium crista, & inaccessus

A ii consue

## B E L L V M

eousque circumsepta Alpium iugis, ut nisi peritum habeas itineris ducē, ad eius plana cultaq; nūquām ualeat peruenire. Fuit proinde ut et nunc est, eius prouincia regibus laudabilis & pius mos, ne mortalium genus tant necessariobono priuari queat, ex suis militib; us ueteranos, quos p̄dagogos uocant, in omnes mundi partes dirigere, qui tenerioris etatis adolescētes (nam adulti & prouectiores haud facile disciplinam recipiunt) ad ipsa usq; regum palatia incolumes perducant, ubi & Latiae & Cecropiae Mineruae artes eruditæ prædictas postea sublimiores regiones scandere ualeant, & expeditius penetrare; ibi Græci omnes Latiniq; quos uel propria scripta, uel aliena celebrant monumenta, tyrocinia sua prima exercuere, ibiq; edocti, atq; instructi, tātis postmodum floruer e gestarum rerum præcorijs, ut uiuentes etatis suæ hominibus maximo ad uirtutem fuerint adiumento, & uita functi posteris, tanquam extenso digito, recti ad laudabilem uitam callis semitam demonstravit. Prouincia hæc itaq; licet unica sit & indiuidua, geminos tamen habet qui in ea imperent potentissimos reges, Verbum scilicet & Nomen, et prior quidē Amor, posterior uero Poëta nuncupatur, qui diutissimis temporibus tanta simul regnauere concordia, ut in conficienda oratione ex qua utriusq; imperij uectigal omnē cōsistit, nullum unquam dissidium, nulla dissensio, nullū deniq; litigium inter eos fuerit auditum. Nihil autem in omni Grammaticæ solo dignitut oratione præclarius, nihil dignius, nihil salubrius, quæ iucundissimis compa-

## GRAMMATICALE.

Ita florum coloribus, pulcherrimus ornata rerum figura,  
ris, ac suuissimus redimita roscarum nexibus, tantæ est  
auctoritatis & uirtutis, ut cum mortales omnes, modo  
recte apteq; peroretur, in sui admirationē trahat, tum  
à dijs ipsijs quicquid uoluerit ualeat extorquere. Vnde  
est illud Euripidis dictum: Omnia conficit oratio, quæ  
hostile ferrum confiscere non potest. & Pyrrhus plus  
res à Cynea oratione, quam à se armis urbescaptas dice-  
re consueuerat. In hac igitur regum concordia, cum  
Grammaticæ totius res optime procederent, felici' que  
prosperarentur successu, accidit, ut orta inter eos ex  
parua causa disensione, cuncti tumultibus, & inexpe-  
ctatis bellorum anfractibus inuoluerentur: quid enim nō  
faciant uinum, & immoderatius sumptæ epulae? Tan-  
tam animorum coniunctionem unius coniuuij ebrietas,  
in eas impulit utrunc; regem inimicitias, ut immodera-  
ta dominandi libidine, tanquam sylvestres tauri asylo  
acti, propriaregna & tam mobile Grammaticæ impe-  
rium pene euerterint. Referam autem quoniam pacto  
gesta sit res, ut sciant omnes nullum esse tam arctum a-  
moris uinculum, quod regnandi libido non soluat. Qua-  
propter Dionysium seniorem dicere solitum ferunt ab  
amicis etiam cauendum esse ci, qui præsit, quando igna-  
rus non sit eos imperare malle quam seruire. Cœnanti-  
bus itaq; aliquando predictis regibus in medio & statis  
seruore secus placidiſtum & per enem fontem, cuius  
ripijs undiq; uirides fagi & altissima platani opacita-  
te eximia adumbrabant. Postquam abunde uentri factū

## B E L L V M

est satis, cum incaluisserent omnes mero, orta est inter  
 eos quæstio, cuius nā partes in cōficienda oratiōe potio  
 res censerentur. Et uerbo quidem digniorem locum si-  
 bi ascribente, acriter resistebat nomen, afferens sine se  
 stare orationem non posse, ex seq̄; procedere quod in-  
 telligibilis habeatur, & grata. Quid enim, aīch. it, facis  
 tu in oratione sine me? si paululum p̄äsentiam meam  
 subtraxero, non secūste intelligant audientes, ac mu-  
 tum loquentem: confice illam paulisper sine me, fac ut  
 sciant audientes quid tibi uelis, certe nisi ipse interpres  
 accedam, uel ipsi intentionis tue primordia, nullus ua-  
 leat penetrare. Sed et illud notari est dignum, quod quo-  
 te antiquior sum, eo etiam dignior debeo comprobari.  
 Quis uero nesciat fuisse prius nōmē, quām uerbum? aut  
 quis non intelligat nomini, quām uerbo uetustior a des-  
 se exordia? Deum certum est fecisse omnia, quod si oīa-  
 utiq; & uerbum. Deus autem nōmen est non uerbum.  
 Igitur à nomine facta sunt omnia, & non solum oratio  
 nē deo facta est, & sic à nomine. Sed et tu ô uerbum, qui  
 adeo in sole scis, à nomine tuum eſe sum p̄fisse, conuin-  
 ceris. Legisti tu aliquando, inter natos mulierum non  
 surrexit maior Ioanne Baptista? Dei hec est sententia,  
 huic refragari minime tibi fuerit fas: si Ioanne nullus  
 est maior, Ioannes autem est nōmen eius, & cui no-  
 mē erat Ioānes, apparet certe nihil minus nōmē pos-  
 se reperiri. Sexcenta sunt testimonia, que possint affer-  
 ri, quibus luce clarius diffinitur, sicut dignitate anti-  
 quitateque, ita & autoritate uerbo longe nōmen eſe  
 prae-

## GRAMMATICALE.

prestantius, quæ omnia sponte prætereo, ne uerbo sit. te  
 te nimia non causa, uerbum ipsum uidetur superare. Mi-  
 rabar respondit Verbum ò Poëta, quod te Plato ille di-  
 sinus sua cieciſſet republica, nunc ad animaduertens quā  
 ta impudentia temeritateq; diuinis autoritates tuis ine-  
 ptijs inuoluas. Sapientissimum philosophum recte iudi-  
 case satis animaduerto, nam nisi te ea (quam constitue-  
 bat) republica exhibilassem, cum alijs multis, tum falsis re-  
 ligionibus portentosisq; dijs, omnium ciuium suorum  
 mētes peruertisses. Quid enim non audeat tua arrogan-  
 tia, tua mentis elatio, quando possessa à me diutissimo  
 ēpore prioris loci in hac prouincia, dignitate, uel cum  
 fictis, inuersis et intortis sacre paginis testimonijs ex-  
 turbare conari? Eñim uero ne solus literas scire uidere-  
 re, manifestissimis & planissimis eiusdem paginae di-  
 citis auctoritatem meam conseruabo! Proferam autem  
 ipsum ueteris scripturæ caput, ubi dicitur: In princi-  
 pio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus  
 erat uerbum: arrige aures, cur faciem caperas? Deus,  
 inquit, erat uerbum, omnia per ipsum facta sunt, & si  
 ne ipso factum est nihil. Non igitur nomine fecit omnia,  
 sed uerbum, deus autem erat uerbum non nomen, sed &  
 uerbo domini coeli firmati sunt, & ois uirtus eorū, quid  
 igitur dices? non est quod te diuinis tueare testimonijs,  
 que prome stare, tibiq; aduersari intellexisti. Verum  
 ad ea, que ad nostram uere attinent causam, reuerta-  
 mur. Que nam est per immortalem déū hæc tua insar-  
 nia; unde hos tibi tam repente sumpsisti spiritus? ut au-

## B E L L V M

deas in oratione dignorem tibi locum usurpare? Ante  
præterit, omnem decorum, pulchritudinem ac suauitas-  
tem ex me uno procedere? à uerboq; nomen, non à no-  
mine uerbum regi consueſſe? Verborum uarietas, uerba  
rum elegantia, orationem exornat & illustrat: sed &  
nisi te regam ac dirigam in oratione, tu ipſe mancus et  
debilis reperiare. Poteris ne tu constructionem unam  
connectere, in qua non continuo mihi principales par-  
tes tribuantur: sed & me solum, qui inter uerba princi-  
patum teneo, sine alterius adminiculo orationem perfe-  
ctam cum uoluero facere posse, nemo permittitur dubi-  
tare. Quid ergo blatis, & quod ille ait, tuas proiſcis am-  
pullas & sesquipedalia uerba quis uero es tu? qualis ue-  
aut quantus qui hæc iactas, qui tam alte reboas, qui eo-  
usque inflatus incedis, ut periculum sit, ne medius di-  
rumpare? Nominum, inquieres, rex sum, sed quod tibi est  
nomen? Poëta respondeſ. quid autē aliud est poëta quam  
nugigerulus, nuguentulus, fabularum inuentor, scele-  
rum magister, loquax, nugax, mendax, ebrius & fa-  
tuus? qui uera inuertas, falsa ingeras, totumq; orbē gar-  
rulitate inficias & perturbes: qui loquacite tua tantam  
tibi apud imperitum uulgas auctoritatem usurparis,  
ut cum clarissima uerborum progenie de dignitate au-  
deas disceptare? Quid ex te habent, unde ad uitutem  
incitentur adolescentiores, quos stulte satis erudiendos  
parentes eorum tibi tradidere, nisi adulterū Iouem, ze-  
lotypam Iunonem, meretricē Venerē, moechū Martē,  
reliquaq; tua sapientie præclara commenta: qui cura  
plus

## GRAMMATICALE.

plus iusto aliquantulum biberis, tanquam deo non mero  
 plenus ad instar laruati certiq; cœlum terræ, terram  
 cœlo auditas permiscere? Adhac ira uehementiore ex  
 rædescens rex Poeta, ignominiamq; ac iactata de se pro  
 bra ferre non ualens: O improbum (inquit) caput, ta-  
 liu de nobis temerario ore dicere præsumpsisti? simul  
 que arreptum poculum in illum furibundus immis-  
 set, ni ex circumstantibus quidam apprehensam eius  
 dextram ab istu diuertisset. Minime dubium est, quin  
 irritatis utrinque animis ex uerbis ad uerbera uulne-  
 raq; deuenientium fuerit, nisi interuenientes seniores  
 & saniores uiri, utrumq; regem furore ebrium in suas  
 sedes reduxissent. Quocū postridie ambarū partium  
 studiosi cōuenissent, maxima apud omnes de pridiana  
 cōtentioē disputatio habebatur. Lacerabatur præcipue  
 inter noīa regis uerborū maledicētiā, maior eorū pars,  
 & iuniores præcipue mirū in modū fremere, malo do-  
 mandū regis Amoloquacitatem dicere, docendumq; illū  
 amplissimam Nominum maiestatem nunquam cōtume-  
 lie fuisse opportunam: & licet et atque prouestiores, &  
 Terentius præcipue, qui ibi tunc aderat, suaderent ni-  
 hil præcipitata sententia fieri debere, & omnia cōfilio  
 priusquam armis sapientem experiri oportere: tantus  
 nihilominus fuit omnium nominū cum suo rege ad ar-  
 mā consensus, ut in eam frequenter sit itum sententiam,  
 omnibus Verbis cōtinuo bellum indici debere. Misso ig-  
 tur tubicine ad regem Amo, mimicitias, bellumq; manu-  
 festum confidentissimis animis denuntiarunt, nec sanio-

## B E L L V M

et quidem apud Verborum regem agitantur consilia,  
 ad quem conuenientes suæ partis ordines omnes, ion  
 ga disceptatione agebatur de retinenda in grammatis  
 cæ regno uerborum dignitate, deq; deprimenda nomi  
 num præsumptione, cum interim superueniens Poete  
 regis nunciis de bello, que sibi mandata fuerant, diligē  
 ter exposuit. Enim uero lœto se animo accipere illis re  
 spondentibus, ad belli cogitationes uersi sunt omniū ani  
 mi. Misit itaq; Verborum rex tubicines, & nuncios ste  
 os ad omnes nationes & gentes, que suo parebant im  
 perio, iussit q; ut cuncti armis idonei ad constitutā diē  
 adessent. Omnium autem primus adfuit Aduerbiū  
 dux Quando, cū ceturionibus sex, uidelicet Vbi, Quo  
 Vnde, Qui, Quorsum, & Quousq;: quos sequebantur  
 manipulares sui, & sub primo quidam hi erant: Hic, Il  
 lic, Iстic, Intus, Foris, Ibi, Ibidem, Sicubi, Necubi, Alicu  
 bi, Alias, Alibi, Vsquam, & Nusquam. Sub secūdo: Huc,  
 Illuc, Iстuc, Intro, Foras, Aliò, Nequò, Aliquò, Siquò, Il  
 lò, Eò, & Eodem. Sub tertio: Hac, Illac, Iстac, Alià, Ali  
 qui, Nequa, illa, Ea, & Eadem. Sub quarta Horsum, Il  
 lorsum, Iстorsum, Introrsum, Extrorsum, Dextrorsum  
 Sinistrorsum, Aliorsum, Aliorsum, Sursum, & Deor  
 sum. Quintum sequebantur Hactenus, Hucusq;, Eousq;  
 Vsq;modo, & Vsq;nunc. Sextus centurio signum ferre  
 bat manu propria, ibat q; medius omniū, ita ut duo pra  
 cederet ordines, ipse sequeretur, tres clauderet agmē.  
 Multa alia Aduerbia ante currebant, quædam procedē  
 tum acierum tegebant latera, illa itinera explorabat,  
hec

## GRAMMATICALE.

hec curabant, ne ordines interrumpentur, quorum non  
minimae sunt: Peregre, Pone, Super, Supra, Intra, Ex-  
tra, Citra, & Ultra, cum alijs pluribus. Venere post  
hec alia Aduerbia Qualitatis, quantitatis, & numeri:  
cum quibus erant Aduerbia iurandi: ut Aedepol, Enim-  
hero, ecclastor, mehercule, mediusfidius, & profecto. Ad  
uerbi uocandi, ut heus, et o. Respondendi ut hem. Ri-  
dens ut habet he. Negandi ut mmime, et nequaquam.  
Qui quidem Nequaquam licet strenuus in bello esset, et  
diu exercitatus, omnium nihilominus mendacissimus  
habeatur et fallax, nec nisi coactus uerum fateri didi-  
cerat, hunc et Græci Olophanta appellabant. De hoc  
Nequaquam, truci et malabestia, plurescent dicenda,  
que quoniam libere non sunt uoces, uolentes omitti-  
mus, id potissimum persuasum habentes, superfluum esse  
lupum quibus caudendum nunciare. Omnia haec aduer-  
bi triplici muniebantur armatura, ferabantq; pro scu-  
to speciem, pro lorica significationem, pro ense figura-  
ram. Multæ alienæ notationes uerborum uenere in auxi-  
lium regis sui, uidelicet natio Indicatiua, Frequentati-  
ua, Meditatiua, Desideratiua, Imitatiua, Dimini-  
tiua et Denominatiua, cum copijs non sphenendis. Af-  
fuerunt etiam fortissimi satrapæ Anomali, qui late do-  
minabantur in confinibus Grammaticæ, bellicosissimi  
quidem, sed qui nullo possent ordine contineri, eorum  
nominatae haec sunt: Sum, Volo, Fero, et Edo, quibus  
concessum à rege fuit, ut in quoque castroru uellent  
loco sua figerent tabernacula, moda inter milites nul-

## B E L L V M

lū tumultū concirēt. Post hos aduenit natio uerborū De-  
fectiuā, distinctā et pulcherrime per turmas ordinata,  
uidelicet Memini, Noui, Cœpi, & Odi: Itē Vale, Salue,  
Aio, Inq, Inq, Faxe, Cedo, oēs armati, & ad pugnā ani-  
mis præsentissimis, que quidē sequebātur oīa uerba Acti-  
ua uestita in o, & Paſſua in or: Neutra quoq; cū Depo-  
nentibus, Cōmunitib; et Impersonalib;, cūcta diuer-  
sorū idiomatū et uariarū linguarū, erantq; armata ge-  
neribus, tēporibus, modis, speciebus, figuris, personis, et  
numeris. Cōgregato huiusmodi exercitu, rex Amo oēs  
copiae deduxit in latissimos cāpos coniunctionū in lo-  
co quodā q dicitur Copula, ibiq; castramētatus est uo-  
xta flumē Disiunctiuarū noīe Siue, diuisitq; omnia sua  
uerba in quatuor coniugationes, unicuiq; tribuens in ca-  
stris propriū locū, exceptis quibusdā familiaribus Ver-  
bis, quibus iniūctū fuit, ut sarcinas ferrēt Infinitiuarū,  
quorum hēc noīa sunt: Incipit, Desinit, Debet, Vult, Po-  
test, Iubet, Audet, Nititur, Tērat et Dignatur. Ultima  
omniū uenere in castra quēdā uerba maxime autorita-  
tis, ut Pluit, Ningit, Fulgurat, Tonat, Fulminat et Ad-  
uersperascit, trahētia post se cohortes fortissimorū mili-  
tū suorū. Sed & Gerundia cū Supinis relictus Nomini-  
bus trāffugere ad uerba. Audiēs uero nominū rex Poe-  
ti, quantā contra se præparassent aduersarij sui, ueri-  
ritus ne subita ui aliqui ingruente opprimeretur, si im-  
paratus tantarū uiriū impetū expectaret, omnibus in-  
perio suo subditis indixit, ut quamprimum fieri posset, ar-  
mati et instructi pro uiribus adēsent, in cuius auxiliū  
ut pote

## GRAMMATICALE.

ut pote propinquiores primi affuere Pronominum duces, Ego, Tu, Sui, consanguinei ipsius regis, et ex eodem Arsacidarū sanguine procreati, cū quibus erāt, Meus, Tuus, Suus, Noster & Vester, Nostras & Vestras. Ille, ipse, Iste, Hic & Is. Omnia autem nostra diuisa erant in plures cuncos, & sub uarijs signis centuriata. Aliqua quippe erant Primitia, alia Deriuatia, aliqua Relativa, quedam possessiua, quedam Gētilia. Venire in super tres Articuli pugnaciſimi & lōgobelli usu exercitati: Primus erat Hic, Hec, Hoc. Secundus Hic & Hec. Tertius Hic & Hec & Hoc: qui speciebus, genetribus, numeris, figuris, personis & casibus armabantur, Post hos duces magni Relatiuorū, Quis, Quæ, Quod uel Quid, eisdem se castris iunxere, & erant ijs Referendarij generales regis Nominum in omni suo regno, cum quibus fuere omnia Relativa et Substantiva distingta in duas turmas, uidelicet Identitatis & Diversitatis. In prima numerabantur Is, Suus, Ipse, Sui, Ille & Idem: In secunda Ceter, Allus, Reliquis et Alter. Primum Relatiuorum accidentium erat Qualis, cum quo militabat Quatus, Quot, Quotuplex, Quotemus, Quotifariam, Cuiates et Cuiigena. Venit etiam Regina Prae positionum Ad, cum qua erat Ab et in coniuncte Nominaibus casualibus, ducebantq; secum tres phalanges strenuorum militum. In prima erant A, Abs, Cum, Coram, Clam, De, E, Ex, Pro, Præ, Palam, Absq;, Tenus: seruientes ablativo casui. In secunda fuere Apud, Ante, Aduersus, Cis, Citer, Citra, Circū, Circa, Contra, Erga, Extra,

Inter,

## B E L L V M

Inter, Intra, Infra, Iuxta, Ob, Pone, Per, Propter, Pro  
pe, Secundum, Post, Trans, Ultra, Præter, Supra, Circi  
ter, Usque, Secus, Penes, omnes scruentes accusatio  
casui. In, Sub, Super, et Subter serviebant utrique casui,  
ablatiuo scilicet et accusatiuo. Sub signis tertiae phalan  
gis militabant Di, Dis, Re, Se, An, et Con: eratq; eorum  
proprium officium compositionem facere in usum mili  
tum: namq; tunc dies quadragesima erant. Atqui Nomi  
na omnia in suas acies distributa, pulcherrimo ordine  
procedebant, uidelicet Substatiua, et similiter Adiecti  
ua, Propria, Appellatiua, et Partitiua, post quæ Cōp.  
ratiua, Superlatiua, Possessiua, Patronymica, Gentilia,  
Numeralia, et Multiplicia: singula eorum distinguenda  
tur per declinationes quinq; scilicet primam, secundam,  
tertiam, quartam, et quintam: quorum arma erant spe  
cies, genera, numeri, figuræ et casus. His igitur omnib;  
in unum coactis, rex Nominum Poeta copias et ipse  
suas deduxit in eandem planiciem Coniunctionum, po  
suitq; castra ab altera parte prædicti fluminis Siue, ita  
ut tantos exercitus unicus diuideret alueus fluminis, un  
de et fiebat, ut inter aquatores non levia interdum præ  
lia inirentur, nunquam tamen totis copijs in acie descē  
sum est, prohibentibus id utriusq; partis regibus, quantia  
nec dum ad pugnam necessaria omnia parata intellige  
bat, sat agebatq; uterq; eorum Participium in suas par  
tes traducere. Erat uero Participium maxima in tota  
Grammaticæ prouincia auctoritatis, et post reges po  
tentia et dignitate plane primus, qui in quamcunq; par  
tem

## GRAMMATICALE.

et cum suis viribus inclinasset, haud dubie uictoria se-  
cum trahere posse uidebatur. Quapropter non tam Ver-  
bum quidem Nomen ut hunc sibi adiungeret, nihil inten-  
tum prætermittebat: præoccupans autem Nominum  
rex Porta, huiusmodi ad illum literas dedit: Non arbi-  
tror te præterire frater mihi, quanta insolentia, quo an-  
timi tumore contrame Nominumque dignitatem insurre-  
xerit Verborum rex Amo, qua' uer temeritate confici-  
dæ oratiōis primas partes sibi usurpare præsumat, pro-  
pter quod licet inuiti, arma sumere et copias cogere  
coacti sumus, ut illius contusa superbia auctoritatē no-  
stram illibatam conseruare ualeamus: enim uero cum  
optime scias, quantum Nominum gentibus debeas, quæ  
ue ab illis acceperis beneficia, feceris pietate et fide tua  
dignum opus, si communem existimationem, communē  
rem, communes spes, nobiscum protecturus cum tuistē  
legionibus nobis adiunixeris: nam euerso Nominum sit  
tu atque imperio, nihil est quod in Grammaticæ solo tu-  
tum tibi possis arbitrari. Vale, et quantum potes tuum  
festina aduentum. Scripsit uero et rex Amo ad Partem  
cipium in hæc uerba: Non me latet amice carissime, sol  
licitari te maxima instantia ab aduersarijs nostris, ut  
contra nos bellum gesturus secum in campū descēdas:  
Et licet protuia prudentia nihil temere te gesturu con-  
fidamus, necessarium tamen duximus admonere et hor-  
tari te, ut mente reputes quæ à nobis habeas commoda;  
quanta ex Verbis dignitati tuae fiat adiectio, et licet mihi  
nutila quædam à Noibus accepta euidaris, potiora, am-  
pliora;

## B E L L V M

plioraq; nihilominus sunt, quæ tili à nobis tribuantur:  
iustius itaq; feceris, si nō nos modo, Verborumq; impe-  
rium, sed te ipsum tu: scq; res defensurus ad fœlicia hæc  
nostra peruenieris castra. Nam ncc uerisimile est, si suc-  
cubuerimus ipsi, hostes à rebus tuis temperaturos, qui  
uictoria (quod deus auertat) in te cōuertant arma, quo  
soli tandem in omni Grāmaticæ solō pro effrenata ani-  
milibidine grāssari queant. Vale. Ambarum igitur par-  
tium lectis literis, aliam Participio mētem eſſe, alia mo-  
liri, diuersa animo uoluere, cogitabat siquidem neutri  
se parti adhærere posse sine manifestaria rerum suarū  
pernicie: econtrario si se medium gerat, uel ambarum  
seruare gratiam, uel quod magis destinabat animo, utri  
usque res bellorum cladibus ita affligi posse pensabat,  
ut illis depreſſis, verum ipſe in Grammaticæ regno sine  
controuersia potiretur. Verum diſsimulandas huiusmo-  
di cogitationes censebat, ducendosq; utrosq; Verbis,  
quoad certaminum cuētum posset inspicere: rescripsit  
itaq; utrisq; in hæc uerba: Accepi literas ueſtras illu-  
ſtrissimi reges, easq; non sine ingenti animi dolore per-  
legi, audiens inter adeo coniunctos principes tanta ex-  
orta diſſidi, ut cōtimeri minime possitis, quin propria  
regna Grammaticæ tam celebre imperium cruentissimo  
belloſitis euersuri. Quæ uos occupant intemperiae: vñ  
de euentuum alienatioſ Per immortale deum quo pro-  
greditamini paululum cogitate, quantum lētabuntur ad  
uersarij communes nostri ignorantiae petulci habitato-  
res, et Barbarismorum incomposui populi, intuētes ho-  
stium

## GRAMMATICALE.

stium suorū uires mutuis dissidijs lacerari. Adiuro uos  
per deos oēs, superos, medios, infimos, regredimini, ab-  
stinetе funestus & abominabilibus armis, ne damnabili  
dominandi libidine pulcherrimam totius orbis prouinciam  
ciā tumultibus & cladibus inuoluatis. Atqui si ita in fa-  
tis fuerit, si omnino obfirmati estis bello decernere, meū  
mimime arbitror uestrū alicui adhærere, partem quippe  
pe iurisdictionis meae capio à Verbo, parte à Noīe, et cū  
utriq; multū debet, utrumq; commeatu, alijsq; ad uictū  
rebus necessarijs quātū potero adiuuabo. Abstinebo autē  
armis, tantumq; ad id meas cogā copias, ne in hac bello  
rū licentia, fines imperij mei aliquatenus possint deuiae-  
stari. Dent uobis dij, ut satiora cogitatis Valete. Licet  
uero hæc rescripsit, alebat nihilominus uersipellis et  
uafer, quibus poterat modis regum discordias, concitatæ  
batq; occultis literis utriusq; gētis animos ad pugnam,  
sperans ex eoru internicione facile sibi aditū ad totius  
Grāmaticæ imperiū posse parari. Dieq; quo milites sui  
ad se conuenirent iudicio, nō contemnendas & ipse co-  
pias aggregauit. Affuere in primis desinentia in Ans.  
& in Ens, in Tus, Sus, Xus, Rus, & in Dus: cum nomi-  
bus uerbalibus in Tor, & in Trix, & similia, que inco-  
lebant loca uicina Verbo & Nomini, Participio se ad-  
iunxere, sed & Gerundia Supimaq; ut ciuilia bella de-  
clinarent, à Verbo iterum ad Participium transfuge-  
re. Rebus hoc pacto dispositis, quo se utriq; parti Parti-  
cipiū gratū exhiberet, destinauit utrisq; munera pre-  
tij non exigui, & Verbo quidem primū misit infrascru-

## B E L L V M

pta Neutra paſſiuā, uidelicet Gaudeo, Soleo, Audeo,  
 Fio, Prādeo, Cœno, Iuro, Titubo, Placeo, Nubo, Careo,  
 Mereo, Poto, Taceo, & Quiesco. Nominum autē regi  
 dedit desinentia in Tor & in Trix. Misit etiā pro pe-  
 damento exercitus Verbo plaustra centum Præterito-  
 rum, Presentium & Futurorum, camelos mille figura-  
 rum Simplicium, Compositarum, & Decompositarū.  
 Nomini uero per flumen Siue, transmisit decem one-  
 varias naues easum nominatiuorum & genitiuorum,  
 & totidem numerorum singularium, & pluraliū, mul-  
 taq; alia genera masculina, fœminina, neutra, commu-  
 nia, & omnis. Quibus peractis continebat se cū legioni  
 bus suis intra proprios confines, expectans quonā in-  
 climaret fortuna. At bellicosī reges cum abunde prelio  
 opportuna præparasse, nihil cogitabant aliud q̄ ut ex  
 præclarā aliqua re, belli initia ordirentur: accidit autē  
 ut ex nobilioribus ciuitatibus totius Grammaticæ, due  
 furto interciperetur à Verborū rege, uidelicet A et V:  
 nā in eam diem urbes omnes utriq; Regisū stupendiū  
 exoluebant, nullā uni magis quam alteri de cætero ser-  
 uitutem seruētes. Quod audiens rex Poeta, eisdē arti-  
 bus tres alias occupauit, scilicet E, I, O: Relique ciuita-  
 tes cautius inuigilantes, sua seruata libertate utrisq; se  
 cōmunes exhibuere, quarū noīa hæc sunt, b, c, d, f, g, l, m,  
 n, p, q, s, t, x: ex q̄bus omnes Grammaticæ neruos consta-  
 re certissimū erat. De diphthongis binæ cuilibet regū  
 datæ sunt, ut tubicinum officiū exercent, edoſt & qui p  
 pe erant Aere ciere viros martemq; accēdere cantu, 90

## GRAMMATICALE.

O & Nomini regum cessere, auero & eu Verba accepere. Sequebantur insuper utraq; castra mulierculæ quædam mimæ uarijs affectibus militum mentes afficiætes, earum quædam flebant & lamentabatur Grammaticæ communem stragem, quam imminere prospiciebant, ut oh, oh, oh, & heu, & hei: alia indignabatur et carpebant regum discordias, aut, uah, uhe, & at, at: & pleræq; admirabantur inter tam coniunctas personas ea ortæ esse dissidia, ut Pape, uahu, & uha: sed et quædā ob mentis levitatem gaudebant, hortabanturq; milites in prælium, ut Hea, et Euax. Cæterum omnibus ad pugnâ instructus uisum est Verborū regi, quo ciuiles clades quātū in se esset declinare uideretur, honestaretq; aliqualiter factum suum, huiusmodi regi Nominū epistolam scribere. Intelligere potuisti o Poeta, quā paratus, quā robustus tecum certatus in campum descendens, nec ignarus es eas tibi minime adesse uires, ut legionum mearum impetum possis expectare, tuus prudenter consules rebus, si mihi cedens tuis te continuens terminis: quod si insanire pergas, statq; sententia ferro decernendi, die tertia omnibus copijs tecum congressum in campum descendam. Has literas cum Nominum regi dedissent tubicines Au et Eu, ex consiliariorum suorum sententia, ita et ipse respondit. Semper tibi uerborum est plusquā satis o Amo, nec nouū est quod uerbositate tua audientium aures obtundas. Iactant pugnaces exercitus, et tuos terribiles apparatus, quasi nos pumilioes locustas ne nobiscum habeamus, possestio tibi

## B E L L V M

parua fuit semper in oratione, & nūc eō te impulit tua  
insania, ut effugere nequeās, quin male parta, peius ge-  
sta, pessime retenta, hac tua regni portione iustis armis  
eiciare: et ut scias quanti non tā ipse quām milites met-  
minicias tuas faciamus, tubicines nostri. Ac & Oe noīc  
noīstro nudatos tibi lumbos porrident. Si ut uelim ualeas  
extremū ualeas. Huiusmodi literis irritatis utrinq; ani-  
mis futuri prælij diē ardentiissime cuncti expectabant.  
Creuerat interea ex tēporū occasione (ut fit) facinoro-  
sorū licenti, exierantq; latrunculorū nō spernēdæma-  
nus, quæ oīm Grāmaticæ prouinciā, & præsertim lo-  
ea saltibus, montibusq; præpedita, q; transiūtibus angu-  
stū iter præbere consuecre, obſidentes itinerātes, aut  
aliās in utraq; caſtra commeatū ferētes prædabantur:  
qui propter crescente indies, apud utrumq; exercitum  
annonæ inopia, intellecta eius rati causa de utriusq; re-  
gis cōſensu miſſi sunt duces quidā peritissimi cū militiū  
opportuna manu, ut uel captos latrones interficerent,  
uel fugatos oīm Grāmatica procul expelleret. Qui ad  
ea perueniētes loca, circūdato militib; quodā saltu, in  
quo plerosq; ex illis latere cōpererant, oīs ad unū inter-  
cepere. Inter quos fuit quidā noīe Catholicon, qui gran-  
dem aſinū uocabulis Græcis Latinisq; cōfuse permixtis  
onustum in Italiā agebat, & cæteros quidem cū laqueo  
necessent, hūc ſolū uinctum cū ſuo aſino in caſtra duxer-  
e. Qui tormentis coactus (quod alicquin manifestissi-  
mū erat) confeſſus est ſe oīa uocabula in Grāmaticæ ter-  
ris furto ſurripuisse. Cū uero eū quis Græce interrogas-  
set,

## GRAMMATICALE.

Set, ingenuęq; respondiſſet se Græce nihil ſcire, Latine  
 aut p̄rū: qd ergo (inquit iudices) græca tecū deſersuo  
 cabula, quæ non intelligis? Ad quæ ille: tāta apud noſtrū  
 plerosq; (inquit) literarū eſt imperitia, ut etiā ſi barba-  
 re loquar, facile illis perſuadeā me Atticæ eloquētiæ an-  
 gulos omnis penetraſſe. Riserū uehementius aſtātes cū  
 tī hoc audito, & mēcherclē inquiunt: quando tā faciles  
 auditores habes, que tua ſunt, aut aliās eorū dñi nō cōpꝫ  
 rebūt, tecū ad illos ferēs ibis iſolumiſ. Quæ uero certū  
 dñm babere diſcentur, ea ut reſtituas dignū iudica-  
 mus. Facta igitur diligentē inqſitione, oia fermè Græ-  
 ca Iſidoro cuius fuerant, reſtituere, cetera Latinis &  
 iſipſis marcidis rancidiſq; permixta, ut aſportaret per  
 mittentes, illū dimiſere cū ſuo aſino iā leuius incedēte,  
 iubētes nihilominus, ne unq; niſi inter imperitos & in-  
 doſtos auditores ſuos Grāmaticū ſe proſiteri auderet.  
 Prisci thus uir preſtatiſſimus, & in omni grāmatica  
 apprime honoratus, cū ægre ferēs ciuilibꝫ bellis grāma-  
 ticā deuaſtari, ſeditiōes ſedaturus in caſtra festinus p-  
 geret, à latronibus Catholicon ſocijs captus, ſpoliatus,  
 ac fuſtibus pulsatus, tale in capite uulnus accepit, ut nul-  
 lo unquam medicorum ſtudio curari potuerit: ex hiſ nō  
 multo poſt capruſ fuit quidam, qui ſe falſo historiogra-  
 phum publice proſitebat, congeſſeratq; innumerās in  
 uolumen quoddam ineptias, atq; eum librum ſupplemē-  
 tum chronicarum appellauerat, quem quæſtionibus oia  
 ſurta fateri coactum, in ignorantiae terras perpetuo re-  
 legarunt. Dum hæc agerentur, cgreſſi ex Verborū car-

## B E L L V M

stris quidam ex genere Anomalorum uidelicet sum,  
Volo et Ferocū cohortibus tribus intercepere unū ex  
centurionibus Nominū dictū Cæter , q̄ erat de genere  
Relatiuorū , latebatq; cū manipularibus suis in quadā  
spelunca posita in biuio Coniunctionum Quod et Cum:  
ipsumq; cū omnibus suis singularibus trucidauerūt , plu  
rales uero in tali discrimine constituti cū se magistri  
Pasquilli statuēque Romæ in Parione est sub ædibus  
Reuerendissimi Cardinallis Neapolitani , grande cercus  
oblatueros uoto obligass̄t , ei⁹ sancti meritis præter om̄  
opinionē icolumes euaserc . Quod cū Poetæ reginūc̄t  
tū fuiſſet , iratus est uehementer , tulitq; ægerrime , quod  
talē centurionē amisiſſet , erat quippe is Cæter fortitu  
dine insignis , audacia celebris , et militaris rei peritia  
nulli secūdus : obseruabat igitur om̄i studio , si quo pacto  
acceptū daninū bñ cumulatū hostib⁹ poſset retribuere .  
Verū fortuna , q̄ cū omnibus in rebus plurimū potest ,  
tū in bello plane dominatur , optimā leſis uindicta p̄e  
buit occasiōnē : nā eisdē diebus ab leuis armaturæ militi  
bus Noīm captiui in castra adducti sunt , cū plures ex  
Verborū legionarijs , nō leuis inter suos auctoritatis , in  
ter quos ex imperatiuorū ḡne fuere Dice , Face , et Du-  
ce : qbus ignominiae causa posteriores ueſtiū partes p̄e  
cidi iuſſit , ita ut nudas nates cōſpicuas gererēt , et dimit  
ti , uocatiq; imposterū sunt Fac , Dic , et Duc : Fuo et Spi-  
cio similiter captos necari iuſſit . Quorū bona à Verbo  
rū rege accepere eorū p̄ rectā linea legitimi descendē  
tes , inter quos Eheurus , et Fui cū alijs à suo oriūdis et à  
Spicio

## GRAMMATICALE.

Spicio Conficio, et Despicio, cæterisq; à Spicio desce-  
 dentibus Detecta est interim in castris uerborū grādis  
 proditio, cōiurauerāt enim qdām monstrosi milites de  
 genere Præteriorū persectorum, quibus bina erant capē-  
 ta, moliebanturq; insidias Verborū regi, qqdem capit  
 conuictiq; dānūtis sunt perduellionis, siue criminis lese  
 maiestatis, noia eorum hæc fuere: Momordi, Cecidi, Cu-  
 curri, Pepedi, Spopondi, Cecini, Peperi, Tutudi, Pepu-  
 li, et Fefelli. Quibus iussure regis in præsenti tēpore unū  
 caput abscessum fuit, et sic ubi prius in præsenti dicebat  
 Memordeo, Cecedo, Cucurro: postmodum dixere Mor-  
 deo, Curro, Cedo, cū cæteris. Adueniente demum pugnae  
 die uterq; rex in eminētiore castrorū loco palliū rubrū  
 ponī iussit. Quomilites admoniti futuri prælij curarēt  
 corpora, præpararentq; arma ac reliqua in id opus ne-  
 cessaria: postridie summo mane præsis militib; ex omni  
 parte copiæ summo silentio in campū deductæ sunt, ex-  
 plicatisq; ordinibus, suosquisq; ut uiriliter agerēt effi-  
 caci oratione excitabat, minime uero opus erat accen-  
 sos per se satis uerbis accendere, quin ipsi ultro crispans  
 testela furibundi ineūdi prælij signū expectabāt. Post  
 quam id actum est, tubæ utrinq; canūt, contra cōsonat  
 terra, clamore utrinq; efferūt Imperator utrinq; hinc  
 et illinc, loui uota suscipere, hortari exercitū proseq-  
 que, id quod quisque potest et ualeat edit, ferro ferit, tela  
 frangit, boat cœlū fremitu uirū, et spiritu atq; anhelē-  
 tu nebula constat, cadunt uulnerum ui, et uirium utrin-  
 que multi. Videre erat inter cæteros Defectiua uerba

## B E L L V M

pugnantia cū nominibus Heteroclitis, & hæc quidē suis  
nominatiuī casib⁹ & generib⁹, genitius numerisq;  
pluralibus acriter feriebant aduersarios: illi uero resi-  
stebant audacter, repercutiebant q; nomina Heterocli-  
ta Indicatiuī, præteritis perfectis et plusquā perfectis,  
confringebant q; eorū numeros & genera coniugatio-  
nibus suis, ex quibus quidem uerbis unum cui nomē Aio,  
singulari utens audaci⁹ duorū nominū heteroclitorum  
imperū diu sustinuit. Vrū cū resistere non posset,  
spoliatum fuit multis personis, modis, temporibus, et nu-  
meris, remāsereq; illi ex omnibus suis hi tantū, Aio aī-  
dit, aiunt. Aiebā aiebas aiebat, aiebāt: cætera hostiū gla-  
dijs cecidere. Pugnantibus hoc pacto utrinq; legionibus,  
atq; adeo simul permixti⁹, ut uix hostes à socijs poſſent  
discernere, tantus fuit omnium in præliū ardor, tanta  
animorū intentio, ut cum eadem hora terribilis terre-  
motus in ea prouincia uicinas urbes prostrauerit, am-  
nes cursu rapidissimo auerterit, mare fluminibus inue-  
xerit, montes lapsu ingenti proruerit, nullus tñ eorū id  
ſenserit. Eāt nunc q; fabulas cēſent hoc idē accidisse eo  
prælio, quo Romanos apd Thrasymenū Poeni maxim⁹  
ac memorabili illa affecerunt clade, nec fidē facit Cor-  
tona ciuitas, que teste Luciano in libro de ueris narra-  
tionibus cū prius in Thrasymeni littore sita eſſet, eadē  
hora uētorū turbine in eū collē, in quo nūc eſt, trāſlata  
dimoscitur. Hoc nouissima exemplo maximū ſibi cer-  
ta ueritatist testimoniuī accessiſſe Liuius gloriari pote-  
rit. Obscurabatur ſol multitudine sagittarū numerorū  
fin.

## GRAMMATICALE.

singularium & pluralium: obtundebatur aures omnium  
clamoribus figurarum compositarum & decomposita-  
rum: vulnerabatur immuri iaculis specierum primi-  
tiae & deriuatiue. Sed et tubicines utriusq; partis clan-  
gore rauco & terribili tarantara concincentes, mili-  
tum animos in pugnam mirum in modum incendebat.  
Mulierculaeq; mime, interiectiones scilicet pugnatum  
ordinis circumcantes cuncta suis affectibus perturba-  
bant, ex quibus quidem frequentius audiebantur gemen-  
tes illæ Heu & Hei, & Oh, Oh, Oh: atrox magisq; lon-  
gum fuit prælium illud, & nisi coorta subito tempesta-  
te ingens superuenies aquarum uis pugnam dirimisset,  
actum s. n. e. fuisse de uniuersis Grammaticæ uiribus. Tan-  
ta namq; erat omnium in mutuam perniciem rabies, aut  
ingruete imbre, ac signo rectepti ui dato, uix tamen atq;  
egre in castra reduci potuerint, incertitudo & ambi-  
guitas fuit maxima, penes quos eius pugnae uictoria sta-  
ret: ingens utrinq; clades, ingens cædes, ingens non tam  
militum q; ordinum, apud utrosq; ducetium iactura, nec  
facile fuerit amborū detrimenta sermone coplere. Con-  
tendam tamen ut posterorum consulam utilitati, si non  
omnium, multorum solum diminutiones augmentum' ue-  
quantum potero liquide demonstrare. Ex parte in pri-  
mis Verborū Defectuum uerbū Infit, amisit omnes ab  
eo descendentes, omnia sua genera, tempora, modos, per-  
sonas, & numeros, qui fuerant Coniugationis quartæ, fe-  
guræ compositæ, singulariæq; ipse dei munere, quoniam  
in periculo positus nullius se unq; religionis probatae,

## B E L L V M

probat<sup>e</sup> ue habitum sumpturum uocerat, saluus euasit.  
Sed & tanto ex eo casu terrore percussus fuit, ut post-  
modum in Grammaticae regno prodire in publicum ra-  
ro sit uisus. Forē spoliatus fuit rebus suis omnibus, præ-  
ter foret, forem et fore, quæ sunt de modis optatiuis, con-  
iugationis tertiae. Vale, aue, salut, de genere imperatio-  
rum grandem commilitonum suorum stragem accep-  
re, paucis conseruatis, qui & nunc comparent, alios ar-  
misere. Fāxo ex eadem gente actiuorum, omnibus su-  
is manipularibus circa se trucidatis, cum tribus tantum,  
uidelicet faxis, faxit, & faxint, fuga elapsus euasit.  
Inquio de genere neutrorum conseruauit inquietes, in-  
quit, inquiunt, inquam, inquietes, inquiet, inquiet & in-  
quiet, reliquos bellum absumpfit. Inquiens cum in castris  
Participiorum esset periculo non intersuit. Apage, &  
apagite, cunctis commilitonibus amissis soli euasere.  
Dicit uniuersos socios amisit, præter dies cit. Facio or-  
batus fuit filio suo facior, qui tamen priusquam expira-  
ret militari testamento hæredem sibi instituit, fio: po-  
sco, disco, metuo, timeo, renuo, respuo, compesco,  
urgeo, & linquo & omnes de genere actiuorum, per-  
didere sua supma. Occasum beneficio noctis saluus eu-  
sit. Nonnulla uerba, quæ amiserant præterita sua ter-  
tiae coniugationis, in supplementum accepere postmo-  
dum præterita quartæ coniugationis, in quorum nume-  
ro fuerit cupio, peto, quero, arcesso, facebo, & fe-  
ro: quedam amissis futuris in am, ne futurorum omni-  
no abijcerent spem, emerunt in nundinis Recanatensi-  
bus

## GRAMMATICALE.

bus alia futura in bo, ut eo, queo, & ueneo. Sed et  
Horatius autoritate sua lenio dedit lenibo. Omnia uere  
ba pertinentia ad splendorem spoliata sunt supinis, in-  
ter que luceo, fulgeo, splendeo, polleo, & similia. Ful-  
cio singularius audacia excusit periculum, & reti-  
nuit suum fultum. Enim uero postea quam ea enumerau-  
imus, quibus aduersi aliquid euenerit, minime aequum fu-  
erit suis carere laudibus illa uerba, que re strenue acta,  
uel ex hostibus spolijs, uel sui regis munere ad priorem  
statum aliquid addidere. Inter cetera eminent: Coena-  
natus, iuratus, casus, moestus, nuptus, & pransus,  
quibus ultra propria preterita uocis actiue, accessere  
etiam preterita uocis passiuæ. Redimo duobus au-  
tus est sensibus, possidet et horatia significata, ni-  
delicet liberare, conducere, & ornare. Solor obtinu-  
it duo significata, uidelicet solus esse, & hortari. Ex-  
plicat ultra proprium sensum, qui est explicare, at-  
que emittere, obtinuit ut explanaret, ostenderet, ex-  
traheret, exhiberet & proferret. Valeo ultra pro pri-  
um sensum, qui est sanus esse, obtinuit etiam ut cum di-  
ceret, uale: salutaret. Praesto similiter duos habuit sen-  
sus: scilicet mutuari & superexistere. Haurio maio-  
ri ditatus est preda, quatuor uidelicet significatis:  
Trahere, Vulnerare, Audire, & Videre. Que tam  
men omnia, cum opus fuerit in unum sensum redi-  
gunt. Pasco geninos recepit intellectus, Rodere &  
Alere. Vaco licet minime se prælio immiserit, nam (ut  
apud Plautum ait Sofia) cum pugnabant maxime, fu-  
giebant

## B E L L V M

giebant maxime, fortuna tamen, quæ et desides plerumque coronat, illius ignauiam pinguoribus exuvijs uoluerit decorare. Fugientes enim ex pugna hostium quosdam conspicatus, tabernaculo exiliens intercepit, quibus postea grandi se pecunia redimetibus, sex sibi ultra priorem sensus acquisiuit scilicet, intendere, cessare, seruire, superfluum esse, licere, carere et uacuum esse, studio tria lucratus est significata, uidelicet solicitare, operam dare, et conari. Pango tres sensus accepit, uidelicet cano, et tunc in præterito facit panxi: pacis cor, et tunc facit pepigit: et coniungo siue figo, et tunc facit pegi. Sapio ex ea die binos tenet sensus, uidelicet saporem reddere et scire. Fero ex anomalis, quatuor auctus est sensibus: sustinere, cupere, dicere et portare. Confiteor triplicem accepit intellectum: laudare, purgare et manifestare. Supero dati sunt sex, ob illius eximiam inter uerba oia potentiam, uidelicet restare, uincere, imminere, transire, euadere, superuiuere et supergredi. Fucre quedam uerba, quæ amissis proprijs præteritis acceperunt postea à rege suo præterita quorundam passionum, que in bello ceciderat: ut audeo, fido, gaudeo, soleo et sio. Verba illa pestifera, perniciosa, mendacia, aliud semper in lingua, aliud in corde clausum habentia, licet nullum lucrum fecerint bello, tamen præterea non sunt, nec eorum reticenda arbitror nomina, ut ab illis caueant cuncti, quoniam passionem continue afferunt sub specie actionis, quorum haec nomina: exulo, ueneo, nubo et uapulo, ultimi huius insidias adolescentiorum quisq; quo fuerit cauitor,

## GRAMMATICALE.

cautior, eo enixius declinabit, si suis recte consultum uolet natibus. Verborū aliqua ex parte exposita fortuna, nominum res orationē ad se trahere uidetur, in quorū castris diligenti omnīū censu habito, cognitum est inter ea non minus q̄ inter uerba uariaſſe fortunam: et ut à positiuſ incipiamus, fuere ex illis nonnulla, quæ in comparatiuis suis sauciata, medicorum diligentia aliquale fomentum accepere, uidelicet melior, maior, minor, dexterior, sinistrior, plus, munificentior, & magnificientior, omnia irregularia, & à secunda declinatione descendentia, sed et pius, arduus, egregius, tenuis & similia, perdidere propria comparatiua. Nomina desinentia in er in superlatiuo amiserunt imus, et pro eo postea acceperunt rimus, ut tener et saluber, qui busdam pro simus, quo spoliati fuerant con:cessum est lemus: ut humiliſ, facilis, gracilis, agilis & similis. Veteri datum est ueterrimus. Fuere inter arborum nomina quædam, quæ dum in prælio uiriliter agerent, dereptæ miraculoſe mutarunt ſexū, & ex ſeminiſ facta ſunt masculina, mirabilibus omnibus qui aderant, interrogantibusq; unde illis eſſent illa noua crepundia, quæ præter ſolitum pendebant ex uentre, ex quibus ſunt rubus & oleaster, quæ Liuius ut monſtroſa & mali omnis, in altum uehi & mergi, aut Grammaticæ ſolo omnino exturbari ſuadebat tuerum rex Poëta nimia illius in procurandis prodigijs ſuperſtitionem irridēs prohibuit, in quiens, non eſſe mali omnis ſeminas in uiros mutari, quando ex malo ſexu in optimum fiat iſta conuersio.

Qui

## B E L L V M

Quibusdam Heteroclitis nominibus dum cum deficiens uerbis pugnarēt, absensi sunt omnes testiculi cum penes in plurali numero, quem casum deus à nobis auertat, deincepsq; in eonumero, neq; fœminina fuere, neq; masculina, sed neutra, quod certè miseratione dignū fuit. Nomina corum hæc sunt: sibilus, auernus, infernus, suparus, baltheus, tartarus & dindimus. Alia feliciorem successum sunt sortita, nam cum in codem plurali numero essent neutra, cum maximo ipsorummet gaudio continuo masculini generis apparuere: ut porrum, rastrum, frenum & cælum. Enim uero, porrum & frenum dum Romæ per emporiū Agonis transirent, reperta ibi sua neutra pluralia grandi pecunia redemere, illisq; utim luere masculino genere repudiato. Balsamum ex omnibus arborum nominibus solum remansit neutri generis, unde est quod cum nec generare, nec parere queat, tata illius est raritas, ut unico in Iudeo solo reperiatur. Id quod ipsa arbor ægreferens, in lachrymis omnem suum fructū mœstra reposuit. Alia nomina neutro plurali spoliata fœmininū accepere, sicut epulum, ostreum, uestesper & cepe. Ostreo (quod ex omnibus animalibus solum reperitur neutri generis) Ouidius reddit & alij Poëta et præscriptim Plinius, etiam plurale neutrum cum dixit libro Fastorum:

Ostreaq; in conchis tuta fuere suis.

Et sic deinceps fœmininum etiam & neutrum tenuere. Alijs, quæ erant generis incerti, in plurali datum est masculinum, uidelicet margo, cardo, bubo & similia: quæ dare

## GRAMMATICALE.

nam omnibus casibus in plurali spoliata, deinceps muti-  
lata, & manca remansere, inter quæ sumus, limus, sumus;  
puluis, sanguis, mudus, pontus, sol, sal et unus, quæ omnia  
sunt masculini generis. Soles tamen apparuere aliquan-  
do, sed cum id accidit contra naturam fuit, & pro pro-  
digio habitum est. Similiter & foemina nonnulla plu-  
ralibus casibus truncata sunt, unde uersus:

Lux, sitis, labes, mors, uita, fames, quoq; tabes,  
Gloria, fami, salus, pax, humus, cum luc tellus.  
Et cum illis senecta, iuuentu, soboles, indoles & proles.  
Quædā alia foemina amiserere in eo bello omnem numerum singularem, scilicet argutæ, habentæ, bigæ, blandi-  
tiae, cune, deliciae, exequiae, exuiae, excubiae, phaleræ,  
facetiae, genæ, gades, insidiae, inducie, Calendæ, lachry-  
mæ, latebræ, minæ, & complura alia. Nonnulla neutra  
toto pluri numero exuta sunt: ut cenum, fenum, ænum;  
solum, pus & virus. Insuper alia neutra totius singulari-  
ris sui numeri iacturam sunt passa: scilicet arma, ca-  
stra, exta, cunabula, conchilia, crepundia, pascua, moes-  
nia, magalia, ilia, feria, præconia, præcordia, sponsa-  
lia, & ferè omnia nomina festorum: ut Saturnalia, Dis-  
nysia, Aphrodisia, Bacchanalia, Floralia & Neptu-  
nalia. Nomina ea uana, quæ semper plura dicunt &  
tantum unum solum significant, amissa omni singulari-  
tute elapsa sunt: sicut Venetiæ, Pisæ, Cumæ, Athe-  
næ, & Thebæ. Nomina metallorum omnium, plura  
lem numerum amiserere: ut aurum, aurichalcum, argen-  
tum, plumbum, ferrum, et stannum, es uix erat retinuit;

sed

## B E L L V M

sed & oleum & frumentum similem cladem acceperat: alia extremis suis membris, Genitiis scilicet & Dantius pluralibus mutilata remansere: uidelicet iura, thura, æra, maria & foræ. Sed nec omnia nomina in eo bello iacturam fecere, fuere siquidem quamplura quæ spolijs hostium ditata, maiorem exinde aucto ritatem obtinuere, ex quibus quedam ultra primum nominatiū alium etiam adeptā sunt, ut arbor quæ & arbos, honor qui & honos, labor qui & labos, odor qui & odos, cucumer qui & cucumis, ciner qui & cimis, & puluer qui & pulvis, quæ tamen ambobus nominatiū non induuntur quotidie, sed quod conspicuum & ornatus est et ex præda habuere, ad dies reseruant celebriores et festiuos. Plaga ultra primum significatum quod proprium est, dum uulnus percussionem ue significat, quatuor alias sensus accipit: uidelicet, ut pro rete accipiatur, pro spatio cœli, uel terræ, pro linea illo grandi quo Romanae etiā nunc matrone utuntur, dum in publicum prodeunt, pro lectio & parte etiam ipsius lecti. Ops ab ea die tres sensu habet. Ops namq; terram significat, sub ope auxilium prebet, sub opilius diuitias. Gerundia & supina quoniā toties transfugerant, multata sunt post confectam pacem ab utroq; orante contra ea Demosthene, legesq; Solonis proferente, quibus statutum fuerat omnibus patriæ honoribus priuados esse eos, qui seditione in ciuitate exorta, neutri parti adhæsisserent, quoniam priuatis fortunis plus iusto proficientes, publicas patriæ res despexisse uidebantur, et uiuebantur iunc quidem ut plurimum in Gram.

## GRAMMATICALE.

Grammaticæ terris Atticis legibus. Merito igitur ge-  
rudijs casus omnes præter tres adempti sunt: Supina ue-  
ro duostantum retinuere, & gre id ferentibus uniuersis  
Grammaticæ incolis, carpentibusq; maledictis non tam  
Solonis legum indiscreta præcepta, quam Demosthenis  
impian loquacitatem, dicentibusq; illum fascias & la-  
nami domi reliquiſſe, nec gutturis morbū simulasse, quo  
niam à gerundijs supinis' ue non fuerat Midæ aurum, ſi-  
cut ab Harpalō quōdam accipere. Cæterum ſi singulo-  
rum clades, aut rei bene eo prælio geſtæ adempta deco-  
ra ſigillatim percurrere nitar, nimis lōgos afferam lo-  
gos, ideo dicendi compendium faciens, illud aſſeruiſſe  
ſufficiat: Quicquid in omnibus Grammaticæ terminis  
auctum, diminutum' ue reperitur, ex illo cruento, ex e-  
rabilis, et funesto bello proceſſiſſe. Multa ſunt in ea tem-  
poria licentia, & introducta uerba noua, & exploſa  
uetera, & niſi prætantissimi tres uiri (quos paulo in-  
fra harum litium arbitros electos fuiſſe narrabimus) ſin-  
gulari ſolertia Grammaticorum quorundam petulan-  
tiæ obuiāſſent, tanta fuifſet Latinæ linguae immixtabar-  
baries, ut de illius decore elegantiq; ferè deſperatum  
foret. Poſte aquam igitur utriusque partis legiones in ca-  
stra redactæ ſunt, deſideratorum, fauitorum que censu-  
habito, intellecta utrinque accepta clade oīnnes paſſim  
ingemuere, queſti que acriter ſunt, quod nimia domi-  
nandi libidine, rebus proprijs tantam cladem intulif-  
ſent, & poenitentia adducti, quique eorum, que pacis  
ſunt enīxius cogitabat. Primum uero rex nominum Poë

## B E L L V M

ea aduocata cōcione, non sine lachrymis ita locutus per  
 hibetur: Scire uos arbitror commilitones mei quām in-  
 uitus, ac restitans, pro decoro prōq; amplitudine (ut  
 tunc arbitrabar) & nominum tuenda auctoritate, con-  
 tra fratres nostros uerborum gētem arma suscepimus,  
 quātis que sategerim modis, ut illis nobis cedentibus ci-  
 uilia bella longus submoueret. Verum cum non tam no-  
 stra quām uerborum etiam metior damna, cum utrius-  
 que partis strages intueror, flere libet magis, quām lo-  
 qui. Operæ pretium fuerat reminisci, que de Græcorum  
 Romanorumq; ciuilibus odijs bellisq; scripserint ciues  
 nostri, quātisq; eorum ambitionē lacerauerint probris.  
 Profecto ea si in menem uenissent, nūquam in tantam  
 insaniam à nobis processum fuisse: nec ira & furore  
 obcecati, quid ageretur non intelligentes, nostramet ut  
 scera proprijs manibus discerpsiſsemus. Sed præterita  
 (ut ille inquit) magis reprehendi possunt, quām corri-  
 gi. Et melius est regredi, quām male coepit a sequi. Si fer-  
 rodecernere perrexerimus, si in finem usque insanire  
 uoluerimus, actum sanè est de Grammaticæ imperio;  
 tanta que ignorantiae & barbarismorum genti fiet ac-  
 cessio, ut nemine obstante, nemine eorum temeritati ob-  
 uiām eunte, ubique ipsi pro animi libidine dominiari ua-  
 leant. Quo circa commilitones, ut utriusque regni utili-  
 tati consulatur, ultro à uerborum rege pacem petēdant  
 cēso, ultro dextras porrigidas. Neque hoc dixerim,  
 quod labar animo, quod timore concutiar, sed quoniam  
 luce clarius cerno, res Nominiū Verborūq; non sine  
 mutua,

## GRAMMATICALE.

mutua, stabili & inconclusa animorum concordia posse consistere. Funzor ego officio meo, ea adducens, quem communem salutem concernere minime dubito, audacter nihilominus quod uolueritis executurus. Vos itaque quod faxitis deos omnes fortunare uelim. Placuit mihi in modum uniuersae concioni non utilis minus, quam opportuna sui regis oratio, omnesque militum ordines ingenti sublato clamore, ut quod rex tam sapienter suscitaret, sine mora exequeretur, enixius petiere. Missi itaque in Verborum castra legati ex Nominibus prudentiores, absque aliqua difficultate constitutis primum inducij, in hanc postremo cum Verborum rege, eiusque proceribus deuenere sententiam: ut scilicet tres elegerentur uiri, omnium Grammaticae usum, regularum & terminorum periti, quorum decisioni, arbitrioque utraque pars perfecte iurata stare deberet. Enim uero grandis fuit difficultas & maximus inter partes contentio, quibus nam id munus potissimum demandaretur. Multis eam prouinciam ambiētibus, alijs alias nominantibus, et nominatos alijs improbantibus, demum Priscianum, Seruio, Donatoque approbantibus, in infrascris- ptos cuncti unanimiter cōsensere, Phedrum scilicet Volterrānum Canonicum Basilice Apostolorum principis, singularis eloquentiae uirum, & extra omnem ingenitale in possum. Petrum item Marsim, Laurentij in Damaso Canonicum eruditissimum, ac Raphaēlem Lipum Florentinum, oratorem insignem. Qui cum in castra vocati aduenissent, partis utriusque iuribus auditis,

C. y. reim.

## B E L L V M

re inter ipsos accuratius considerata, hanc postrema  
sententiam protulere. Quod Grammaticæ regibus, sa-  
trapis, ciuibus, studiosisq; uniuersis faustum felixq;  
sit. Nostrum uiri tollendarum litium causa constitui-  
ti: omnes contentiones, maledicta, iniurias, damnataque  
que in hanc dicti inter Grammaticæ reges eorumq;  
milites interuenere, reuocamus, tollimus & oblita-  
mus: et si obliuioni tradi nequeant, at saltet silentio  
tegenda decernimus statuimusq;, ut de cetero in con-  
ficienda solenni oratione, uterque Grammaticæ rex cum  
suis sequacibus conueniat: Verbum scilicet & Nomen,  
Participium, Aduerbiu[m], Prepositio, Interiectio,  
& Coniunctio. In quotidiani uero & familiari oratio-  
ne, soli Nomen & Verbum onus sustinebunt, arcessen-  
tes in patrocinium suum quos ex suis uolent, ceteris par-  
centes, nec toties citati nimis grauentur. In oratione igit  
tur uolumus nomen uerbo supponi & cum apponi-  
tur, à uerbo nomen regi debere decernimus, quantum  
ad casum: quantum uero ad personas & numeros uer-  
bum supposito cedere, quod sit uel Nomen, uel Prono-  
men uel Participium. Item uolumus quod Participi-  
um reuercatur Nomen & Verbum, habeatq; regimen  
à parte posteriori sui uerbi, à parte anteriori imite-  
tur & nomen. Si uero necessitas urgeat, concedimus  
soli uerbo ut in prima & secunda persona, & in qui-  
busdam uerbis exceptæ actionis in tertia persona fa-  
ciat orationis sensum, semper nihilominus subintello-  
ligendo nominis auctoritatem, sed non exprimendo.

## GRAMMATICALE.

Hec itaque sententia partibus praesentibus lata est atque promulgata, receptaque ab omnibus grammaticis in colis miro omnium ordinum consensu, quam etiam omnia Italie gymnasia approbauerunt, & praecepit Bononensis docta ciuitas, & sublimium ingeniorum parens fore cunda, quae cum aliis multis, tum maxima etate hac Alce sandrum illum Zambecarium, uirum integerrimum, quem nec spes, nec timor unquam mouit a recto, Roma ne dedit curies Studium uero Parisiense cetera recipiens, hoc suis provincialibus speciale reseruauit, pronunciandi scilicet tam uerba quam nomina libere, & sine aliqua syllabarum quantitatis discretione. Et quoniam uetus erat questio inter regularem & antecedentem, Inter Adiectuum & Substantiuum, inter dictione recentem & rectam, Determinantem & determinatam, Ne non inter orationem perfectam & imperfectam: eorum enim unusquisque de preeminentia certabat, ut huius quoque distinctionis materiam tollerent, decreuere que Relatum substantiae identitatis cum suo antecedente concordaret in Genere, Numero, & in persona. Item que Relatum substantiuo deseruiret in Genere, Numero, & Casu. Et que dictio recta naturam regentis sequetur. Relatum uero accidentis solum antecedens referret, quantum ad tale accidentis siue proprietatem in quomodo referibilis & referentis tantum concordaret regulari diversitatis cum antecedente, que oratio imperfecta dependeret a perfecta, & dictio specifica a specificata, & inter adiectiva duo, substantiva duo: uerba modis

## B E L L V M

di infinitiui, duas orationes perfectas, & inter duas im-  
perfectas nulla esset obligatio seruitutis. Hoc abatur prae-  
terea Petrus Marsus ut inter facta dictaq; pacem et co-  
cordiam ponerent. Verum dissidente Phaedro, dicen-  
teq; hac sublati discordia nullū cōsoribus, popimarijsq;  
linqui negotium, rem intentatam dimisere. Ignorantie  
studiosos omnes ac barbarismorum ridiculam gentem,  
inuiolabili decreto omnibus Grammaticae finibus sub-  
mouere, & barbarismos quidem ad se profectos Cisal-  
pine gentes ciuitatibus suis donauere. Ignorantie uero  
deditos quorundam Principum fauore protectos, non  
Italia modo, sed urbs etiam ipsa bonarum literarum pa-  
rens, uel inuitatueri persecuerat, inter quos nonnullos eti-  
am prebendis pinguioribus honestatos, rudes adeo &  
imperitos reperies, ut si eos interroges. Amo que pars  
est idicuri sint, parla che te intendo, usq; adeo mulas  
ipsas quibus tam sublimes uehuncur, inscitia & obesita  
te animi supergrediuntur. Predictis insuper arbitris  
omnium consensu irreuocabilis potest as & perpetua  
censura data est. Grammaticulos omnes grammaticae  
corruptores semilatinosq; & semigræculos tanquam na-  
ture monstra inquirendi, puniendi, relegandi, omneq;  
id faciendi, quod bonarum literarum cultum, augmen-  
tumq; concernere animaduerterint. Quod ut facilius  
aptiusq; exequi possent, iussi sunt ut curiam Romanā  
continue sequerentur, quo non tam bonorum virorum fre-  
quentia confluit, quam malorum feces se frequentes ex-  
onerat. Quæ quidē auctoritas Pontificalibus Imperia-  
libusq;

## GRAMMATICALE.

liberisque amplissimus priuilegijs corroborata dinoſcitur.  
Et precipue Sanctissimi Domini nostri I V L II Pontificis incomparabilis. Cuius memoria nunquam intermerietur.

## FINIS.

### GASPARIS AVIATI CREMONENSIS, Carmen ad Lectorem.

Lector candide quid legis Thyesten,  
Sænas Colchidas, auribus placebunt  
Quæ doctus cecinit magis Salernus  
Andreas, dubiös mouchis tumultus  
Verbi & Nominis hinc & hinc furentum:  
Hunc lector lege: fabulæ facessant  
Hic prompti Ciceronis est facultas,  
Hic sunt ridiculi sales iociq;  
Quid stas t' hunc rigidè legunt Catones.

### HIERONYMI FONDVLI CREMONENSIS, tetraſtichon.

Ranarum & murum tam belle haud ponit Homerus  
Bella, giganteas non ita Naso manus,  
Andreas quanta cum maiestate Salernus  
Ingenij, bellum grammaticale canit;

2024975

אָמֵן תְּהִלָּה כְּבָשָׂר:

בְּרוּךְ הוּא יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם בָּרוּךְ הוּא



Orandum est ut sit mens sana in corpore sano.

אָמֵן אֲמֻנוֹת לַמְּרָבָא